anteponit, aut, q nobilius instrumentum operi longè viliori
adaptat. Pax pinde, utpote rarior, et difficilior, non immeritò
longè major bello, ac difficilior summi Rerump. Rectoribus, eorumq
ministris, magnorum Auctorum testimonio, censetur. Livianum p[ri]me
testimonium adduco. Sic nam[que] Livius, Marc Tranquillum à Scaligero
dictus, ait: Excellentibus ingeniis citius defuerit ars, quâ civem
regant, quàm quâ hostem superent. Alium adhuc locupletissimi fi-
dei testem addo. Addo Caesarem: at quantum Imperatorem? Impera-
torem summum, Imperatorem et literis, et armis olim clarissimum. At
quantum Historicum? Historicum in Rom. Historiâ primum: q, ne sago
tantùm videretur aequus, ita scribit: Firmanda est Resp. non armis
modò, neq adversus hostes; d., q multò majus, multoq asperius;
omnis pacis artibus. Quid illustrius, qd potentius p causâ nostrâ hoc
testato? Vos, vos, Viri pacis meritis longè celeberrimi; Vos pacifici
e coelo Nuntii; Vos pacis amantium verè Doctores, ac Cultores;
Vos, inqo, appello: ut vestrum in bonâ hac causâ mihi pollicem pre-
matis, cumq Augustino universi ac singuli clarâ voce asseratis:
Tale pacis bonum esse, ut in rebus ~~[illegible]~~ creatis nihil gratiosius audiri,
nihil delectabilius concupisci, nihilq utilius eo possideri possit. Dixi
ergo eqd., et cum tenerrimarum fortè, delicatissimarumq aurium
vestrarum taedio dixi, multis parasangis pacem bello anteire: eò
quod pacis bona perpetua, belli bona v. temporaria saltim sint;
quodq pax ad divina quoq, bellum ad humana tm. pertinet; quod pax fructi-
fera sit, bellum ex adverso periculosum, exitiosum, perniciosum existat;
quod pax quaedam qu. Amaltheae cornu, bellum omnium malorum Ler-
na sit, et Ilias; quod ipsum deniq bellum pacis instrumentum sit,
castraq et militia reliquarum pacis artium particula quaedam,
appendix sit. Hae, hae sc. crura sunt: quibus ô claudicans